



# Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.





6000941130











144.

COLLUTHI LYCOPOLITANI

CARMEN DE RAPTU HELENÆ.

EDIDIT

EUGENIUS ABEL.

---

BEROLINI

APUD S. CALVARY ET SOCIOS

MDCCCLXXX.





## PRAEFATIO.

---

Colluthi Lycopolitani carmen epicum de raptu Helenae versibus elegantissimis ad Nonni normam conditis ineunte ut videtur p. Chr. n. saeculo sexto compositum, licet paulo ieiunius et multo magis loquendi formulis quae auctori in deliciis erant ad nauseam usque saepissime recurrentibus quam fideli Nonni imitatione insigne, tamen inde a renascentium litterarum temporibus multorum virorum doctorum assiduam felicemque expertum est operam. Neque tamen me laborum quos huic carmini impendi poenitet, cum nulla eius extet editio in qua codicum variantibus lectionibus et criticorum observationibus in unum congestis carmen lectu sane non indignum si non ad pristinum nitorem reductum, saltem ita descriptum apparatuque critico ornatum sit, ut multo iam facilius eius emendatio editoribus et criticis futura sit. Nam ut pauca quaedam de Colluthi historia critica praemittam, post Aldinam editionem e pessimae notae codice post Quintum Smyrnaeum sine adiecta anni nota impressam, quae ab aliis aliter ad annum 1504, 1505 immo 1521 refertur, primus Brodaeus in »Annotationibus in Coluthi Thebani de Raptu Helenae librum« (Basileae, per Ioannem Hervagium 1552) nonnullos locos feliciter correxit, alios temere mutavit, parum in hoc negotio adiutus a versione latina Eobani Hessi (Erphurdiae 1533) satis inepta (cuius textum graecum *h* littera notavi), et Jodoci

Valeraei (Antverpiae 1539) prosa oratione facta, sed illa multo meliore. Non nullos Aldinae errores maximam partem typographicos correxit etiam Perdrierius homo singularis Graecae linguae ignorantiae (Coluthi Raptus Helenae per Renatum Perdrierium ad verbum translatus, cum brevibus Bernardi Bertrandi annotationibus. Ex off. J. Oporini Basil. 1555) cuius emendationes ego primus in notis commemoravi. — Etiam Coluthi carmen in Corpus Poetarum Graecorum Principum Heroici Carminis a se a. 1556 editum recepit Henricus Stephanus, Brodaeus plerumque opera hic inde emendatius factum. Cuius textus multis typographi erroribus additis repetitus est in Lectii Corpore Poetarum Graecorum (Colon. Allobr. 1606) et in Aemilii Porti editione (Genevae 1609) haud raro tamen ex editoris ingenio correctata vel potius corrupta, quae et ipsa satis negligenter Amstelodami apud Janss. Waesbergios anno 1735 recusa est. Neque multo plus profuerunt reliqui saeculi decimi septimi editiones. Sixtus Henricipetri Basileae a. 1569 non nisi Aldinum exemplar recudi fecit, imitatus in hac re anno 1574 a Michaele Neandro (Avenione, apud J. Crispinum) qui praeter versionem et notas in rebus mythologicis explicandis maximam partem positas satis duxit Brodaeus correctiones in editionis margine apponere et commendare. Hanc praesertim editionem secutus est Stephanus Ubellus (Franequerae, ap. Aegidium Radaeum a. 1600.) Etiam Claudii Dausqueii »Annotationes in Coluthum« (1614) Valentini Ernesti Loescheri »Lectionum Coluthianarum liber singularis«, Christiani Feusteli »Miscellanea Coluthianarum Lectionum« (Vittebergae 1724) nihil aliud quam eruditionis vanissimae farraginem ad Colluthum minime pertinentem exhibent. Anno demum 1747 iusta prodiit Colluthi editio a J. Daniel a Lennep curata (Leovardiae ex offic. Guil. Coulon. 1747) quae praeter textum, versionem latinam et indicem verborum continet nonnullas notas doctissimas Falken-

burgii, anonymi cuiusdam docti (Danielis Heinsii, vel quod mihi probabilius videtur, Gulielmi Canteri) Dorvillii, Ruhnkenii et ipsius Lennepii cum lectionibus neglegentissime excerptis sex codicum, Ambrosiani dico, Laurentiani, Vossiani, Reimariani, duorum Parisinorum. Difficiliores Colluthi loci in »Animadversionibus ad Colluthum« editioni subiunctis tractati sunt, ubi etiam de multorum aliorum scriptorum locis corruptis fusius agitur. Hanc editionem satis cultam sed Lennepii suspicionibus saepe minime necessariis et nonnunquam falsis nimis refertam antequam recudi fecit G. H. Schaefer (Lips. 1825), Bandini ita in suum usum convertit (Florentiae 1765) ut non solum textum et notas verum etiam praefationem in Italicum versam auctoris nomine ne commemorato quidem receperit et nihil nisi Italicam Antonii Mariae Salvini versionem addiderit. Lennepii versionem latinam et notas nonnunquam feliciter correxit Philippus Scio, qui Matrili anno 1770 edidit Colluthum addita quoque versione Hispanica ab Ignatio Garcia confecta. Nihil tamen de Lennepii editione innotuisse videtur Angelo Theodoro Villae qui Mediolani anno 1753 ad codicis Ambrosiani fidem edidit Colluthum additis notis ad grammaticam et mythologiam potissimum pertinentibus. Contra totus fere ex Lennepio pendet Harlesius (Norimbergae 1776, post Aristophanis Plutum) qui plurimas Lennepii coniecturas in textu retinuit, et eas, quas recipere ausus non est, in notis laudavit. — Denique — quoniam quae Immanuel in »Animadversionibus ad Colluthi carmen cum specimine versionis germanicae« (Hamburg. 1809. 159 pag.) ad Colluthum emendandum contulerit neque mihi neque reliquis ante me editoribus innotuerunt, — novam viam primus ingressisse credendus est Imm. Bekker (Berol. 1816). Hic enim praeterea quod deteriorum codicum lectiones e Lennepii editione neglegentissime excerptas et codicis Gothani lectiones a Passowio primo indicatas in suam editionem recepit, textum

ad praestantissimi codicis Mutinensis a se primo mira negligentia collati fidem edidit auxitque, et in notis eos Nonni locos indicavit, quos a Collutho respectos esse vidit indefessa Wernikii diligentia. Ex sua ipsius coniectura Bekker fere nihil mutavit, neque locis depravatissimis vel contra metrum pugnantibus animum advertere voluit. Hanc editionem vix duobus locis mutatam repeti curavit G. H. Schaefer Lipsiae a. 1823 typis Weigelianis, qui etiam Neapolitani codicis collationem nescio a quo negligentissime confectam adiecit. Eiusdem Bekkeri vestigiis insistens A. Stanislas Julien Colluthum edidit Parisiis a. 1823, in qua editione correxit errores a Bekkero in exscribendis Lennepii notis commissos, iterum contulit duos codices Parisinos (P et Q) eorumque imaginem satis fidelem adiunxit, addidit sex versiones, Latinam, Francogallicam, Italicam, Hispanicam, Germanicam, et notas, in quibus priorum interpretum et criticorum sententias non nimis neglegenter enumeravit et nonnulla textus vitia emendare conatus est. Aliquanto plus credo, Iulien profecisset, si legisset ea quae nonnunquam felicissima Graefius Demetrii Popoffii observationibus in Colluthum conscriptis sed nunquam ut videtur typis mandatis ad hunc laborem excitatus ad Colluthum emendandum excogitaverat vel haud ita raro hario-latus potius erat Petropoli a. 1818, quae repetita leguntur in calce editionis Lennepianae a Schaefero curatae (p. 241—260). Multo plura quae probari possint protulit Godofr. Hermann in »Emendationibus Coluthi« (Lipsiae 1828) cuius inventa audacioribus quibusdam tantum reiectis fere omnia in textum recepit F. S. Lehrs qui in prima editione (a. 1840 in collectione Didotiana cum Hesiodo, Quinto Smyrnaeo, Apollonio Rhodio, Musaeo, Tryphiodoro, Tzetzta) de suo nihil fere addidit, in secunda autem eorundem scriptorum editione, quae anno 1842 prodiisse dicitur, duos Colluthi versus a Mutinensi libro solo servatos et a Millero primo indicatos —

fugerunt enim Bekkeri oculorum aciem — primus inseruisse traditur. — Schaeferi, Iuliani et Lehrsii editiones in notis saepe »rell. post Bekker. edd.« vel praeunte Bekkeri nomine »rell. edd.« signavi; numeri in textus margine uncis angulatis circumscripti sunt Bekkeriani et Lehrsiani (pr. edit.), uncis curvis circumdati autem editionum ante Bekkerum, quorum numeros retinuit Iulien.

Post Lehrsii editionem quae apparatu critico omnino caret nulla alia ad hunc usque diem foras data est; neque tamen Colluthum neglexerunt viri docti. Ricardus Volkmann sane quae assidua lectione in nostro carmine lacunis maxime indicandis correxit noluit publici iuris facere, certior factus, doctum esse iuvenem cuius olim familiaritate gaudebat, eandem fere materiam prope diem tractaturum (v. Commentationes Epicae, Lipsiae 1854 p. V), sed minus quam Volkmann veriti, ne alienis studiis praepostera cura officiant plurimum ad Colluthum emendandum contulerunt viri sagacissimi O. Schneider, qui in »Coniectaneis ad Colluthum« (Philol. 23 p. 404—447-plurimos nostri locos saepissime egregie correxit et Ed. Tournier qui in libello Parisiis a. 1870 edito (»Notes Critiques sur Colluthus,«) nonnulla textus vitia iam ab aliis animadversa nova via emendare studuit, alia primus detexisse sibi visus est, in illo quam in hoc felicior, ut recte iudicavit O. S. (Schneider) qui huius libelli censuram egit in »Philologischer Anzeiger« II 1870, p. 194—198. Praeterea nonnulla attigerunt Ludwich et Tiedke in commentationibus quas de arte metrica Nonni eiusque sectatorum ediderunt. — Horum omnium labores indicatis etiam eis Nonni locis a Collutho imitatis quorum notitia ad rem criticam facere videbatur, in hac novissima editione sub examen vocatos lectoribus ea de causa proposui, ne causae nonnunquam subtilissimae quibus inductus tradita poetae verba alios secutus mutavi, lateant, ego autem nimiae temeritatis culpam incurrere credar.

Restat ut de codicibus, quorum integram collationem notis inserui, pauca moneam. Sunt autem hi, quos solis G R exceptis omnes ipse contuli (ubicunque in notis codicum siglas uncis circumdedi, de codicum scriptura collatoris silentio tantum constat):

**M** nunc Parisinus suppl. gr. 388, a Bekkero cum ex Italia superiore Parisios adductus esse creditus sit Mutinensis appellatus, a secunda aliqua manu (M 2) eiusdem ut videtur ac librarius aetatis, aliquotiens correctus, saeculi ut videtur decimi, qui praeter Homerocentra, Dionysium Periegetam, Theognidem, alios, Colluthum quoque continet. Liber omnium praestantissimus, qui novem versus in caeteris codicibus omnibus omissos solus habet, et cui maiorem etiam quam reliqui ante me critici auctoritatem tribui. Primus eum contulit Bekker neglegentissime, tum multo diligentius et maxima cum utilitate Pressel, cuius collatio publici iuris facta est in *Philologo* V p. 169—170. Tum Edwin Patzig codicem inspexisse dicitur a Tournerio p. 8. cuius collatio an alicubi edita sit, nescio. Tournier ipse totius codicis collationem se editurum esse ibidem promisit, neque tamen promissis stetit, nam in libello supra commemorato ad eos tantum carminis locos codicis discrepantiam adscripsit, quos tractandos sibi sumpserat. Haec collatio multo quam caeterae ante Tournerium correctior est, eoque imprimis nomine laudanda, quod in ea primum adnotatum invenitur in M nonnullos versus in aliorum versuum ut videtur rasura ab alia sed primae manui coeva manu (mihi M 3) exaratos esse. Quintus ego ipse diligentissimam huius codicis collationem confeci, quam ubicunque a Tournerii collatione discrepantem repperi, codicem iterum pro me inspexit vir doctissimus et erga me benevolentissimus Henricus Omont.

Reliqui codices quos in notis saepe deteriorum nomine complexus sum hi sunt:

**A** Ambrosianus Q 5 sup. saec. XV chart in 4° olim Io. Vinc. Pinelli. Continet Trichae synopsis de metris novem, Libanii epistolicos characteres, Colluthum, Tryphiodorum. Ex hoc codice Colluthum edidit Theodorus Villa, qui etiam nonnullas glossas, quae plurimae in codice extant imprimi curavit. Quas ut pote minimi pretii omnes omisi sicut eas quoque quas scholiorum nomine insignitas Iulien ex Q protulit. Ambrosiani codicis »varias lectiones excerptas a d. Abbate Villa, curante amplissimo marchione Theodoro Alexandro Trivulcio, rogante A. F. Gorio« ad exemplaris Lectiani marginem enotatas Oxonii in Bibliotheca Bodleiana inter Dorvillii manuscripta (X. 1, 4, 27) vidi. A Dorvillio eas accepit Lennep.

**C** cod. Parisinus suppl. gr. 109 chartac. saec. XV ab eadem ut videtur manu vitiosissime scriptus qua celebrer ille Quinti Smyrnaei codex Monacensis; glossis plurimis, latinis quoque intermixtis, refertus est. Primus post Patzigium contulit Tournier (cui erat *O*), qui paucas tantum ex eo lectiones protulit; tertius ego contuli.

**G** codex Gothanus ex antiquarum editionum aliqua (ex Porti editione ut mihi quidem videtur) descriptus est, quod primus vidit O. Schneider. Eius lectiones publici iuris fecit Fr. Passow in calce Musaei a. 1810 Lipsiae a se editi p. 168 — 170.

**L** cod. Laur. plut. XXXI cod. 27 chart. saec. XV collatus etiam a Biscionio a. 1745. Quae Dorvillius ex eo enotaverat et cum Lennepio communicavit, asservantur in codice Bodleiano supra laudato.

**N** cod. Neapolitanus II F 17, chart. saec. XV ab eadem manu qua Quinti Smyrnaei codex Parrhasianus praestantissimus exaratus. Huius codicis collatio innumeris vitiis scatens editioni Weigelianae adiecta est.



**P** cod. Paris. 2764 chart. saec. XV exeuntis, scriptus ἐπὶ Φούσσης κρατούσης id est ἐπὶ Φουσαρέως κρατοῦντος, duce Venetiarum Foscario, ut fortasse recte vidit Tournier p. 8. Dorvillii gratia in Lennepii usum contulit Martinus Bouquet, quae collatio, sicut etiam codicis Q, nunc inter Dorvilliana X, 1, 3. 5 asservatur.

**Q** cod. Paris. 2600 chart. saec. XV ab eodem Bouqueto primo collatus; huius codicis sicut etiam codicis P imaginem satis fidelem, nisi quod correctorum manus in ea non sunt distinctae, suae editioni adiciendam curavit Iulien. Caeterum ubi mea collatio a priorum editionum collatione vel etiam a Iuliani facsimili quod vocatur discrepat, mihi soli fidem habendam esse meo iure affirmo.

**R** cod. olim Eliae Putschii, deinde Ioannis Alberti Fabricii, qui in Bibl. Graec. Vol I p. 303 ante trecentos circiter annos eum scriptum esse tradit. Postea in Hermanni Samuelis Reimari Hamburgensis manus devenit, qui collationem satis accurate, ut videtur, Ruhnkenii gratia institutam, Lennepio concessit. Ubi nunc lateat, nescio.


**S** cod. Palat. 319 chart. saec. XV, nunc in Vaticana Bibliotheca asservatus; a me primo collatus.

**V** codex nescio quis (fortasse non diversus ab S), cuius collatio in Bibliotheca Lugdunensi inter manuscripta Vossiana Misc. 13 ab Isaaci Vossi manu exarata extat, unde negligentissime descriptam cum Lennepio communicavit Valckenaer.

**W** cod. Marcianus class. IX cod. I chart. saec. XVI a me primo collatus.

Qui codices quibus inter se cognationis vinculis contineantur facile perspici potest. Mutinensis liber antiquissimus et omnium plenissimus solus melioris familiae testis superest. Reliqui codices deteriores a Bessarionis exemplari ducti esse videntur, quod primus perspexit Lennep p. VI.

Stemma eorum hoc mihi composui:



C et L, qui saepe inter se consentiunt, modo ad A Q, modo ad NR propius accedunt et nullam certam in hoc stemmate sedem habent; G librum ex editione descriptum esse iam supra monui. —

Quod autem ad artis criticae genus Collutho emendando adhibendum pertinet, velim recordentur lectores miserum carminis statum a Schneidero p. 404 — 407 eloquentissime descriptum, et, quod Hermannus primus animadvertit, in Collutho tres maxime perturbationis modos reperiri, ab ipsis monstratos codicibus, lacunas, transpositiones versuum et manus correctoris. Quibus perturbationibus si aliorum inventis bene usus salutarem nonnunquam manum admovisse credar, satis me fecisse arbitrabor.

Scripsi Budapestini Cal. Mart. a. MDCCCLXXX.

E. Abel.

---



## ΚΟΛΟΥΘΟΥ ΒΙΟΣ.

Κολοῦθος Λυκοπολίτης Θηβαῖος ἐποποιός, γεγονώς κατὰ Σού-  
δαν ἐπὶ Ἀναστασίου τοῦ κληθέντος Βραχίνου, μετὰ Ζήνωνα βασιλεύ-  
σαντος ἐν Κωνσταντινουπόλει, μεθ' ὃν ἐβασίλευσεν Ἰουστίνος ὁ  
θρᾶξ, καὶ μετ' ἐκεῖνον Ἰουστινιανὸς ὁ θεῖος, ὁ ἐλευθερώσας 5  
Ἰταλίαν τῆς δουλείας τῶν Γότθων διὰ Βελισαρίου, ἀνεψιὸς ὢν  
ἐκείνου, χίλια ἔτη εἰσὶ καὶ μικρόν τι πρὸς. Οὗτος ἔγραψε Καλυ-  
δωνιακὰ δι' ἐπῶν ἐν βιβλίοις ἕξ, καὶ Ἐγκώμια καὶ Περσικά.  
Τούτῳ ἐπιγέγραπται καὶ τὸ παρὸν ποίημα Ἐλένης Ἀρπαγῆ, ἐν  
Ἀπουλία σύνηθες καὶ γνώριμον, ὅπου καὶ ἡ ποίησις τοῦ Ὀμηρι- 10  
κοῦ Κοίντου πρῶτον εὑρηται ἐν τῷ ναῷ τοῦ θεοῦ Νικολάου  
τῶν Κασσούλων ἔξω τοῦ Ὑδρόντου· ὃ ἀνασώσας ὁ θεῖος Βησ-  
σαρίων ὁ Νικαίας καρδινάλις Θουσκουλανοῦ τοῖς βουλομένοις  
ἐκοίνωσε. Καὶ τοῦτο δὲ ἀπόκρυφον γερονδὸς νῦν κοινὸν ἔσται.

## ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

15

Ἔστι δὲ ἰδεῖν ἐν τούτῳ τὴν ἐν τῷ γάμῳ τοῦ Πηλέως καὶ  
Θέτιδος συναγωγὴν τῶν θεῶν, καὶ τὴν τῆς Ἐριδος σύγχυσιν,  
καὶ ἔριν περὶ τοῦ μῆλου, καὶ ὅτι ὁ Ζεὺς ἐπεμφεν Ἑρμῆν πρὸς  
Πάριν κρινοῦντα τὰς τρεῖς θεὰς, καὶ τῇ εὐειδестέρῃ δώσοντα  
τὸ μῆλον. Καὶ πολλῶν ῥηθέντων ὁ Πάρις δέδωκε τῇ Ἀφροδίτῃ 20  
τὸ μῆλον, ἐπὶ ὑποσχέσει λαβεῖν τὴν Ἐλένην· ὃ καὶ γέγονε.  
Πλεύσας γὰρ εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ εἰς Σπάρτην, καὶ λαβὼν ἐκεί-  
νην, ἀνήγαγεν εἰς Ἴλιον, κακὸν ἀρχέκακον πάντων τῶν δεινῶν.

Habet hanc vitam saeculo quinto decimo exeunte con-  
scriptam cod. A et Aldina editio, unde in caeteras transiit.  
v. 2 Σοῦδαν A, Σουῖδαν Neander et Ubelus; 3 βραχίνου A;  
13 καρδινάλις θουσκουλάνου A, τουσκουλανός Neander. 14  
ἐκοινώνησε A, fort. recte; δὲ post τοῦτο om. A; hypothe-  
seos titulus in A est: ὑπόθεσις τοῦ παρόντος ποιήματος, tum  
καὶ τοῦτο pro ἐν τούτῳ A.

## ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΛΕΝΗΣ ΑΡΠΑΓΗΣ.

Κολοῦθος Λυκοπολίτης Θηβαῖος ἐποποιός, γεγονώς κατὰ Σούδαν ἐπὶ Ἀναστασίου βασιλέως τῶν Ῥωμαίων μετὰ Ζήνωνα βασιλεύσαντος πρὸ Ἰουστίνου τοῦ θείου Ἰουστινιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος, οὗτος ἔγραψε μέτρῳ διάφορα · Καλυδωνικὰ ἐν βιβλίοις ἔξ, Περσικά, καὶ τὸ παρὸν ποίημα Ἑλένης Ἀρπαγῆν, ὃ ἐκ Λευκανῶν νῦν ἀνεσώθη · Γράφει τὴν ἐν τῷ τοῦ Πηλέως καὶ Θέτιδος γάμφ τῶν θεῶν συναγωγῆν, καὶ ἔριν περὶ τοῦ κάλλους · ἡ καλὴ λαβέτω τὸ μῆλον, καὶ ὅτι ὁ Ζεὺς ἔπεμφεν Ἑρμῆν πρὸς Πάριν κρινοῦντα τὰς θεάς, καὶ δώσοντα τῇ εὐειδεστέρα τὸ μῆλον. Πολλῶν δὲ λόγων καὶ ὑποσχέσεων γενομένων ὁ Πάρις δέδωκεν Ἀφροδίτῃ τὸ μῆλον ἐπὶ ὑποσχέσει λαβεῖν τὴν Ἑλένην· ὃ καὶ γέγονε. Πλεύσας γὰρ εἰς Σπάρτην καὶ τὴν Ἑλένην καταπείσας ἀνήγαγεν εἰς τὴν Ἴλιον καταλιποῦσαν καὶ ἄνδρα καὶ θυγατέρα, καὶ οἰκίαν καὶ πάντα τὰ ἐκεῖ ἔρωτι τοῦ βαρβάρου.

---

Habent hanc vitam S P V W. Titulum dedi ex W; deest titulus in V et etiam in P ex quo Julien falso Κολούθου Ἑλένης ἀρπαγῆ attulit. In S titulus est ὑπόθεσις τοῦ περὶ τῆς ἀρπαγῆς τῆς Ἑλένης, Caeterum haec vita prioris fundamentum esse mihi videtur. Aliam Colluthi biographiam continere dicitur cod. Palat. 914 in Bibliothecae Vaticanae Catalogis; sed codex iste saec. X nihil nisi διηγήσεις τοῦ βίου τῶν ἁγίων πατέρων exhibet inter quas fol. 129 b—135 b vitam ἰωάννου τοῦ λυκοπολίτου, qui olim fabri artem exercens postea vitam in solitudinibus degit.

---

## ΚΟΛΛΟΥΘΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ ΛΥΚΟΠΟΛΙΤΟΥ ΑΡΠΑΓΗ ΤΗΣ ΕΛΕΝΗΣ.

Νύμφαι Τρωιάδες, ποταμοῦ Ξάνθοιο γενέθλη,  
αἱ πλοκάμων κρήδεμνα καὶ ἱερὰ παίγνια χειρῶν  
πολλάκι πατρώησιν ἐπὶ φαρμάθοισι λιποῦσαι  
ἐς χόρον Ἰδαίησιν ἐπεντόνεσθε χορείαις,  
5 δεῦτε, θεμιστοπόλοιο νοήματα μηλοβοτῆρος  
εἶπατέ μοι, κελάδοντος ἀπορνύμεναι ποταμοῖο,  
ἐξ ὀρέων πόθεν ἦλθεν ἀήθεα πόντον ἐλαύνων,  
ἀγνώσσων ἀλὸς ἔργα; τί δὲ χρέος ἔπλετο νηῶν  
ἀρχεκάκων, ἵνα πόντον ὁμοῦ καὶ γαῖαν ὀρίνη  
10 βουκόλος· ὠκυγίτη δὲ τίς ἔπλετο νείκεος ἀρχή,  
ὄφρα καὶ ἀθανάτοισι θεμιστεύσωσι νομῆες;  
τίς δὲ δικασπολίη; πόθεν ἔκλυεν οὔνομα νύμφης  
Ἀργείης; αὐταὶ γὰρ ἐθῆσασθε μολοῦσαι  
Ἰδαίης τρικάρηνον ὑπὸ πρηῶνα Φαλάκρης,  
15 καὶ Πάριν οἰοπόλοισιν ἐφεδριόωντα θοώκοις,  
καὶ Χαρίτων βασιλείαν ἀγαλλομένην Ἀφροδίτην.  
Ὡς δ' ἂν μὲν ὑψιλόφοισιν ἐν οὔρεσιν Αἰμονιῶν  
νυμφιδίων Πηλῆος ἀειδομένων ὕμεναίων  
Ζηνὸς ἐφημοσύνησιν ἐφνοχόει Γανυμήδης·  
20 πᾶσα δὲ κυδαίνουσα θεῶν ἔσπευδε γενέθλη  
αὐτοκασιγνήτην λευκώλενον Ἀμφιτρίτης·  
Ζεὺς μὲν ἀπ' Οὐλύμποιο, Ποσειδάων δὲ θαλάσσης·  
ἐκ δὲ Μελισσῆεντος ἀπ' εὐόδμου Ἐλικῶνος  
Μουσάων λιγύφωνον ἄγων χορὸν ἦλθεν Ἀπόλλων·  
[39] 25 χρυσείοις δ' ἐκάτερθε τινασσόμενος πλοκάμοισι

- [40] βότρυς ἀκερσεκόμης Ζεφύρω στυφελίζετο χαίτης.  
τὸν δὲ μεθωμάρτησε κασιγνήτη Διὸς Ἥρη.  
οὐδ' αὐτὴ βασίλεια καὶ ἁρμονίης Ἀφροδίτη  
ἐρχομένη δῆθυνεν ἐς ἄλσεα Κενταύροιο.  
30 καὶ στέφος ἀσκήσασα γαμήλιον ἤλυθε Πειθῶ,  
τοξευτῆρος Ἔρωτος ἐλαφρίζουσα φαρέτρην.
- [30] καὶ βριαρὴν τρυφάλειαν ἀπὸ κροτάφοιο μεθεῖσα  
ἐς γάμον ὠμάρτησε γάμων ἀδίδαχτος Ἀθήνη.  
οὐδὲ κασιγνήτη Λητωϊᾶς Ἀπόλλωνος  
35 Ἄρτεμις ἠτίμησε, καὶ ἀγροτέρη περ ἐοῦσα.  
οἶος δ' οὐ κυνέην, οὐ δῆϊον ἔγχος αἰείρων
- [35] ἐς δόμον Ἥφαιστοιο σιδήρεος ἔρχεται Ἄρης,  
τοῖος ἄτερ θώρηκος, ἄτερ θηκτοῖο σιδήρου
- [37] μειδιῶν ἐχόρευεν. Ἔριν δ' ἀγέραστον ἐάσας
- [38] 40 οὐ Χείρων ἀλέγιζε καὶ οὐκ ἐμπάζετο Πηλεύς.
- [41] ἦ δ' ἄτε βησσήεντος ἀποπλαγχθεῖσα νομοῖο  
πόρτις ἐρημαίησιν ἐνὶ ξυλόχοισιν ἀλάται  
φοινῆεντι μύωπι, βοῶν ἐλατῆρι, τυπεῖσα·  
τοῖα βαρυζήλοισιν Ἔρις πληγῆσι δαμεῖσα  
45 πλάζετο μαστεύουσα θεῶν πῶς δαΐτας ὀρίνοι.  
πολλάκι δ' εὐλάϊγγος ἀπὸ κλισμοῖο θοροῦσα  
ἴστατο καὶ παλίνορσος ἐφέζετο· χειρὶ δὲ γαίης  
εὐρέα κόλπον ἄραξε, καὶ οὐκ ἐφράσσατο πέτρη.  
ἤθελεν ὀρφναίων γυάλων κληῖδας ἀνεῖσα,  
50 ἐκ χθονίων Τιτῆνας ἀναστήσασα βερέθρων,  
οὐρανὸν ὑψιμέδοντος ἀιστῶσαι Διὸς ἔδρην·
- — — — —
- ἤθελεν ἠχῆεντα πυρὸς πρηστῆρα τινάσσειν·  
Ἥφαιστον δ' ὑπόεικεν, ἀμαιμακέτη περ ἐοῦσα,  
καὶ πυρὸς ἀσβέστοιο καὶ ἰθύντῆρι σιδήρου.
- 55 καὶ σακέων βαρύδουπον ἐμήσατο κόμπον ἀράσσειν,  
(55) εἴ ποτε δειμαίνοντες ἀναθρώσκοιεν ἰωήν·  
ἀλλὰ καὶ ὀπλοτέρης δολίης ἀνεχάσσατο βουλῆς

- Ἄρεα δειμαίνουσα, σιδήρεον ἀσπιδιώτην.  
ἤδη δ' Ἐσπερίδων χρυσέων ἐμνήσατο μήλων·  
60 ἔνθεν Ἔρις πολέμοιο προάγγελον ἔρνος ἐλοῦσα,  
(60) μῆλον, ἀριζήλων ἐφράσσατο δήνεα μόχθων.  
χειρὶ δὲ δινήσασα μόθου πρωτόσπορον ἀρχὴν  
ἔς θαλίην ἔρριψε, χορὸν δ' ὤρινε θεάων.  
Ἦρη μὲν παράκοιτις ἀγαλλομένη Διὸς εὐνή,  
65 ἴστατο θαμβήσασα καὶ ἤθελε ληϊζεσθαι·  
(65) Ἦρη δ' οὐ μεθέηκε καὶ οὐχ ὑχόεικεν Ἀθήνη.  
πασάων δ' ἄτε Κύπρις ἀρειοτέρη γεγαυῖα  
μῆλον ἔχειν ἐπόθησεν, ὅτι κτέρας ἐστὶν Ἐρώτων.  
Ζεὺς δὲ θεῶν καὶ νεῖκος ἰδὼν καὶ παῖδα καλέσσας  
70 τοῖον ἐφεδρήσοντα προσέννεπεν Ἐρμάωνα·  
(70) Εἴ τινά που Ξάνθοιο παρ' Ἰδαίῳ ῥεέθροισ  
παῖδα Πάριν Πριάμοιο, τὸν ἀγλαὸν ἠβητῆρα,  
Τροίης βουκολέοντα κατ' οὔρεα, τέκνον, ἀκούεις,  
κείνῳ μῆλον ὕπαζε· διακρίνειν δὲ θεάων  
75 κέκλειο καὶ βλεφάρων ξυνοχὴν καὶ κύκλα προσώπων.  
(75) ἦ δὲ διακρινθεῖσα φέρειν περίπυστον ὀπώρην,  
(75) κάρτος ἀρειοτέρης ἐχέτω καὶ κόσμον Ἐρώτων.  
Ὡς δ' ἔμην Ἐρμάωνι πατὴρ ἐπέτελλε Κρονίων·  
αὐτὰρ δ' πατρώησιν ἐφημοσύνησι πιθήσας  
80 εἰς ὁδὸν ἠγεμόνευε καὶ οὐκ ἀμέλησε θεάων.  
(80) πᾶσα δὲ λωϊτέρην καὶ ἀμείμονα δίξετο μορφήν.  
(80) Κύπρις μὲν δολόμητις ἀναπτύξασα καλύπτρην,  
καὶ περόνη θυόεντα διασχήσασα κόρυμβον  
\* χρυσῶ μὲν πλοκάμους, χρυσῶ δ' ἐστέψατο δειρήν·  
85 τοῖα δὲ παῖδας Ἐρωτας ἀνηύτησεν ἰδοῦσα·  
(85) Ἐγγυὸς ἀγών, φίλα τέκνα, περιπτύξασθε τιθήνην·  
(85) σήμερον ἀγλαῖαι με διακρινέουσι προσώπων.  
δειμαίνω, τίνι μῆλον ὁ βουκόλος οὗτος ὀπάσσει.  
Ἦρη μὲν Χαρίτων ἱερὴν ἐνέπουσι τιθήνην,  
90 φασὶ δὲ κοιρανίην μεθέπειν καὶ σχῆπτρα φυλάσσειν·



- [90] καὶ πολέμων βασιλείαν ἀεὶ καλέουσιν Ἀθήνην·  
 (90) μούνη Κύπρις ἀναλκίς ἔην θεός· οὐ βασιλεύω  
 κοιρανίην, οὐκ ἔγχος Ἀρήϊον, οὐ βέλος ἔλκω.  
 ἀλλὰ τί δειμαίνω περιώσιον; ἀντὶ μὲν αἰχμῆς  
 95 ὡς θοὸν ἔγχος ἔχουσα μελίφρονα δεσμὸν Ἐρώτων  
 [95] κεστόν ἐγὼ καὶ κέντρον ἄγω καὶ τόξον ἀείρω,  
 (95) κεστόν, ὅθεν φιλότῃτος ἐμῆς βαρὺν οἴστρον ἐλοῦσαι  
 πολλάκις ὠδίνουσι καὶ οὐ θνήσκουσι γυκαῖκες.  
 Τοῖον ἐφεσπομένη ροδοδάκτυλος ἔννεπε Κύπρις·  
 100 οἱ δ' ἄρα μητρῴης ἐρατῆς αἰόντες ἐφετμῆς  
 [100] φοιτητῆρες Ἐρωτες ἐπερρώοντο τιθήνη.  
 (100) Ἄρτι μὲν Ἰδαίην ὑπερέδραμον οὖρεος ἄκρην,  
 ἔνθα λιθοκρήδεμνον ὑπὸ πρηῶνος ἐρίπνῃν  
 κουρίζων ἐνόμειε Πάρις πατρώϊα μῆλα.  
 105 ποιμαίνων δ' ἐκάτερθεν ἐπὶ προχοῆσιν ἀναύρου  
 [105] νόσφι μὲν ἀγρομένων ἀγέλην πεμπάζετο ταύρων,  
 νόσφι δὲ βοσκομένων διεμέτρεε πώεα μῆλων·  
 (105) καὶ τις ὄρεσσαύλοιο δορὴ μετόπισθε χιμαίρης  
 ἐκχρεμές ἡώρητο καὶ αὐτῶν ἄπτετο μηρῶν·  
 110 ποιμενίη δ' ἀπέκειτο βοῶν ἐλάτεια καλαῦροψ·  
 [110] τοῖος ἐπεὶ σήραγγος ἐς ἤθεα βαιὸν ὀδεύων  
 ἀγροτέρων καλάμων λιγυρὴν ἐδίωκεν αἰοιδήν·  
 (110) πολλάκι δ' οἰοπόλοισιν ἐνὶ σταθμοῖσιν αἰείδων  
 καὶ ταύρων ἀμέλησε καὶ οὐκ ἐμπάζετο μῆλων.  
 115 ἔνθα δ' ἔχων σύριγγα κατ' ἤθεα καλὰ νομήων  
 [115] Πανὶ καὶ Ἐρμάωνι φίλην ἀνεβάλλετο μολπῆν.  
 οὐ κύνες ὠρύοντο καὶ οὐ μυχήσατο ταῦρος·  
 (115) μούνη δ' ἠνεμόεσσα, βοῆς ἀδίδακτος ἐοῦσα,  
 Ἰδαίων ὄρέων ἀντίθροος ἴαχεν Ἠχώ·  
 120 ταῦροι δὲ χλοερῆς κεκορηότες ὑφὸδι ποίης,  
 [120] κεκλιμένοι βαρύγουνον ἐπ' ἰσχίον εὐνάζοντο.  
 Ὡς δ' ἐμὲν ὑφορόφοιο φυτῶν ὑπένερθε καλύπτρης  
 (120) τηλόθεν Ἐρμάωνα διάκτορον εἶδε λιγαίνων.

- δειμαίνων δ' ἀνόρουσε, θεῶν δ' ἀλέεινεν ὀπωπὴν·  
125 καὶ χορὸν εὐκελάδων δονάκων ἐπὶ φηγὸν ἐρείσας,  
[125] μήπω πολλὰ καμοῦσαν ἐγὼν ἀνέκοψεν ἀοιδῆν.  
τοῖα δὲ δειμαίνοντα προσέειπε θέσκελος Ἑρμῆς·  
(125) Γαῦλον ἀπορρίψας καὶ πῶεα καλὰ μεθήσας  
δεῦρο θεμιστεύσειας ἐπουρανίησι δικάζων·  
130 δεῦρο διακρίνων προφερέστερον εἶδος ὀπωπῆς  
[130] φαιδροτέρῃ τόδῃ μῆλον, ἐπήρατον ἔρνος, ὀπάσσαις.  
τοῖον ἀνηύτησεν· ὃ δ' ἤπιον ὄμμα τανύσσας  
(130) ἤκα διακρίνειν πειρήσατο κάλλος ἐκάστης·  
δέρκετο μὲν γλαυκῶν βλεφάρων σέλας, ἔδρακε δειρῆν  
135 χρυσῷ δαιδαλέην . . . . .  
. . . . .  
. . . . . ἐφράσσατο κόσμον ἐκάστης  
[135] καὶ πτέρνης μετόπισθε καὶ αὐτῶν ἴχνια ταρσῶν.  
. . . . .  
χειρῶν μειδιῶντα δίκης προπάρουθεν ἐλοῦσα  
(135) τοῖον Ἀλεξάνδρω μυθήσατο μῦθον Ἀθήνη·  
Δεῦρο τέκος Πριάμοιο· Διὸς παράκοιτιν ἑάσας  
140 καὶ θαλάμων βασιλείαν ἀτιμήσας Ἀφροδίτην,  
[140] ἠγορέης ἐπίκουρον ἐπαινήσειας Ἀθήνην.  
φασί σε κοιρανέειν καὶ Τρώϊον ἄστυ φυλάσσειν·  
(140) δεῦρό σε τειρομένοισι σαόπτολιν ἀνδράσι θήσω,  
μὴ ποτέ σοι βαρύμηγισ ἐπιβρίσειεν Ἐνυώ.  
145 πείθεο καὶ πολέμους τε καὶ ἠγορέην σε διδάξω.  
[145] Ὡς ἢ μὲν πολύμητις ἀνηύτησεν Ἀθήνη.  
τοῖα δ' ὑποβλήθην λευκώλενος ἔειπεν Ἥρη·  
(145) Εἴ με διακρίνων προφερέστερον . . . . .  
. . . . . ἔρνος ὀπάσσης  
πάσης σ' ὑμετέρης Ἀσίης ἡγήτορα θήσω.  
150 ἔργα μύθων ἀθέρριζε· τί γὰρ πολέμων βασιλῆϊ;  
[150] κοίρανος ἰφθίμοισι καὶ εὐπτολέμοισι κελεύει.  
οὐκ αἰεὶ θεράποντες ἀριστεύουσιν Ἀθήνης·

- (150) κῶμοροι θνήσκουσιν ὑποδρηστῆρες Ἐνυοῦς.  
 Τοίην κοιρανίην πρωτόθρονος ὤπασεν Ἥρη.  
 155 ἦ δ' ἐάνον βαθύκολπον ἐς ἡέρα, γυμνώσασα  
 [155] κόλπον, ἀνηώρησε καὶ οὐκ ἠδέσσατο Κύπρις.  
 χεiri δ' ἐλαφρίζουσα μελίφρονα δεσμὸν ἐρώτων,  
 (155) στῆθος ἅπαν γύμνωσε, καὶ οὐκ ἐμνήσατο μαζῶν.  
 τοῖα δὲ μειδιῶσα προσέννεπε μηλοβοτῆρα·  
 160 Δέξο με, καὶ πολέμων ἐπιλήθεο, δέχνυσο μορφὴν  
 [160] ἡμετέρην, καὶ σκῆπτρα καὶ Ἀσίδα κάλλιπε γαῖαν.  
 ἔργα μύθων οὐκ οἶδα· τί γὰρ σακέων Ἀφροδίτη;  
 (160) ἀγλαΐη πολὺ μᾶλλον ἀριστεύουσι γυναικες.  
 ἀντὶ μὲν ἡγορέης ἐρατὴν παράκοιτιν ὀπάσσω,  
 165 ἀντὶ δὲ κοιρανίης Ἐλένης ἐπιβήσεο λέκτρων·  
 [165] νυμφίον ἀθρήσει σε μετὰ Τροίην Λακεδαίμων.  
 Οὔπω μῦθος ἔληγεν, δ' δ' ἀγλαὸν ὤπασε μῆλον,  
 (165) ἀγλαΐης ἀνάθημα, μέγα κτέρας Ἀφρογενεΐη,  
 φυταλιὴν πολέμοιο, κακοῦ πολέμοιο θέμεθλον.  
 170 χεiri δὲ μῆλον ἔχουσα τόσῃν ἀνενεΐκατο φωνήν,  
 [170] Ἥρη κερτομέουσα καὶ ἀντιάνειραν Ἀθήνην·  
 Εἴξατέ μοι πολέμοιο συνήθεος, εἴξατε νίκης!  
 (174) [176] οὐ σακέων βασιλεία, καὶ οὐ πυρός εἰμι τιθήνη,  
 (170) ἀγλαΐην ἐφίλησα, καὶ ἀγλαΐη με διώκει.  
 175 φασί σε, μήτηρ Ἄρης, ὑπ' ὠδίνεσσιν ἀέξειν  
 ἡῦκόμων Χαρίτων ἱερὸν χορόν· ἀλλὰ σε πᾶσαι  
 [175] σήμερον ἡρνήσαντο, καὶ οὐ μίαν εὔρες ἀρωγόν.  
 (175) οὐ σοι Ἄρης ἐπάρηξε, καὶ εἰ δορὶ μαίνεται Ἄρης·  
 οὐ φλόγες Ἥφαίστοιο, καὶ εἰ φλογὸς ἄσθμα λοχεύει.  
 180 οἶα δὲ κυδιάεις ἀνεμώλιος, Ἄρτυτώνη!  
 [180] ἦν γάμος οὐκ ἔσπειρε καὶ οὐ μαιώσατο μήτηρ,  
 ἀλλὰ σιδηρεΐη σε τομῆ καὶ ῥῖνα σιδήρου  
 (180) πατρώων ἀλόχευτον ἀνεβλάστησε καρῆνων.  
 οἶα δὲ χαλκείοισι καλυψαμένη χροῖα πέπλοις  
 185 καὶ φεύγεις φιλότητα καὶ Ἄρεος ἔργα διώκεις,

- [185] ἄρμονίης ἀδίδακτος, ὁμοφροσύνης ἀδαήμων.  
ἀγνώσσεις, ὅτι μᾶλλον ἀνάλκιδές εἰσιν Ἀθηναί  
(185) τοῖαι, κυδαλίμοισιν ἀγαλλόμεναι πολέμοισι  
κεκριμένων μελέων, οὔτ' ἄρσενες οὔτε γυναῖκες;  
190 Τοῖον ἐφουβρίζουσα προσέννεπε Κύπρις Ἀθήνην.  
[190] ὥς ἦ μὲν πτολίπορθον ἀέθλιον ἔλλαχε μορφῆς,  
Ἥρην ἐξελάσασα καὶ ἀσχαλόωσαν Ἀθήνην.  
(190) ἰμείρων δ' ὑπ' ἔρωτι καὶ ἦν οὐκ εἶδε διώκων  
Δύσπαρις, ἀθροίσας ἐπὶ δάσκιον ἤγαγεν ὕλην  
195 ἀνέρας ἐργοπόνοιο θαήμονας Ἀτρυτώνης.  
[195] ἔνθα πολυπρέμνοιο δαϊζόμεναι δρῦες Ἴδης  
ἤριπον ἀρχεκάκοιο περιφροσύνησι Φερέκλου,  
(195) ὃς τότε μαργαίνοντι χαριζόμενος βασιλῆϊ  
νῆας Ἀλεξάνδρω δρυτόμῳ τεκτῆνατο χαλκῷ.  
200 αὐτῆμαρ προβέβουλε καὶ αὐτῆμαρ κάμε νῆας·  
[200] νῆας δ' οὐκ ἐνόησε καὶ οὐκ ἤσκησεν Ἀθήνη.  
Ἄρτι μὲν Ἰδαίων ὀρέων ἠλλάξατο πόντον,  
καὶ λεχέων ἐπίκουρον ἐφροσπομένην Ἀφροδίτην  
πολλάκις ἀκταίοισιν ἱλασσάμενος θυέεσσιν,  
(200) 205 ἔπλεεν Ἑλλήσποντον ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης.  
[205] τῷ δὲ πολυτλήτων σημήϊα φαίνετο μόχθων·  
κυανῆ μὲν ὑπερθεῖν ἀναθρώσκουσα θύελλα  
οὐρανὸν ὀρφναίων ἐλίκων ἐζώσατο δεσμῷ,  
εἶθαρ ἀμιγθαλόεντος ἀπ' ἠέρος ὄμβρον ἰεῖσα·  
(205) 210 ἐκλύσθη δ' ὑπο πόντος ἐρεσσομένων ἐρετάων.  
[210] τύφρα δὲ Δαρδανίην καὶ Τρώϊον οὐδας ἀμείψας  
Ἰσμαρίδος μεθέηκε παραπλώων στόμα λίμνης·  
αἶψα δὲ Θρηϊκίοιο μετὰ ῥία Παγγαίοιο  
Φυλλίδος ἀντέλλοντα φιλήνορος ἔδραχε τύμβον,  
(210) 215 καὶ δρόμον ἐννεάκυκλον ἀλήμονος εἶδε κελεύθου,  
[215] ἔνθα διαστείχουσα κινύρεο, Φυλλίς, ἀκοίτην,  
δεχθυμένη παλίνορσον ἀπήμονα Δημοφώωντα,  
ὀππότε νοστήσειεν Ἀθηναίης ἀπὸ δήμου.

- τῷ δὲ βαθυκλήροιο διὰ χθονὸς Αἰμονιῶν  
 (215) 220 ἔξαπίνης ἀνέτελλεν Ἀχαιῖδος ἄνθεα γαίης  
 [220] Φθίη βωτιάνειρα . . . . .  
 . . . . .  
 . . . . . καὶ εὐρυάγρια Μυκῆνη.  
 (222) [226] οὐπω κεῖθεν ἔην δολιχὸς πλόος, οὐδὲ γαλήνης  
 (223) [227] δηρὸν ἐρεσσομένων ἠκούετο δοῦπος ἐρετμῶν·  
 (224) [228] καὶ χθονὸς εὐκόλποισιν ἐπ' ἠϊόνεσσι βαλόντες  
 (225) [229] 225 πείσματα νηὸς ἔδησαν, ὅσοις ἄλλος ἔργα μεμήλει·  
 (217) [221] ἔνθεν ἄρ' ἐρχομένοιο παρ' εἰαμενάς ἐριάνθους  
 (219) [223] κεκλιμένην ἐνόησεν ἐπ' Εὐρώταο ρεέθροις  
 (218) [222] Σπάρτην καλλιγύναικα φίλην πόλιν Ἀτρείωνος·  
 (221) [224] ἄγχι δὲ ναιομένην ὑπὸ δάσκιον οὖρεος ὕλην  
 230 γείτονα παπταίνων ἐρατὴν θηεῖτο θεράπνην.  
 (226) [230] Αὐτὰρ δ' χιονέυιο λοεσσάμενος ποταμοῖο  
 ᾗγετο φειδομένοισιν ἐπ' ἔχνεσιν ἔχνος ἐρείδων,  
 μὴ πόδες ἡμερόεντες ὑπ' ἀχράντοιο . . . . .  
 . . . . . κονίης,  
 μὴ πλοκάμων κυνήσιν ἐπιβρίσαντες ἐθείρας  
 (230) 235 ὀξύτερον σπεύδοντος ἀναστέλλοιεν ἀῆται.  
 [235] ἄρτι μὲν αἰπύδητα φιλοξείνων ναετήρων  
 δώματα παπταίνων καὶ γείτονας ἐγγύθι νηούς,  
 ἄστεος ἀγλαίην διεμέτρεεν, ἔνθα μὲν αὐτῆς  
 χρύσειον ἐνδαπίης θηεύμενος εἶδος Ἀθήνης,  
 (235) 240 ἔνθα δὲ Καρνείοιο φίλον κτέρας Ἀπόλλωνος,  
 οἶκον Ἀμυκλαίοιο παραγνάμφας Ἰακίνθου·  
 [240] ὃν ποτε κουρίζοντα σὺν Ἀπόλλωνι νοήσας  
 δῆμος Ἀμυκλαίων ἠγάσσατο, μὴ Διὶ Λητῶ  
 κυσαμένη καὶ τοῦτον ἀνήγαγεν· αὐτὰρ Ἀπόλλων  
 245 οὐκ ἐδάη Ζεφύρω ζηλήμονι παῖδα φυλάσσω·  
 (240) γαῖα δὲ δακρύσαντι χαρίζομένη βασιλῆϊ  
 [245] ἄνθος ἀνηέξησε παραίφασιν Ἀπόλλωνι,  
 ἄνθος ἀριζήλοιο φερώνυμον ἠβητῆρος.

- Ἦδη δ' ἀγγιδίμοισιν ἐπ' Ἀτρεΐδαο μελάθροισ  
250 ἴστατο θεσπεσίησιν ἀγαλλόμενος χαρίτεσσιν.  
(245) οὐ Διὶ τοῖον ἔτικτεν ἐπήρατον υἷα θυώνη·  
[250] ἰλήκοις Διόνυσε· καὶ εἰ Διός ἐσσι γενέθλης,  
καλὸς ἔην καὶ κεῖνος ἐπ' ἀγλαῖησι προσώπων.  
ἦ δὲ φιλοξείνων θαλάμων κληῖδας ἀνεῖσα  
255 ἐξαπίνης Ἐλένη μετεκίαθε δώματος αὐλήν·  
(250) καὶ θαλερὸν προπάρουθεν ὀπιπεύουσα θυράων  
[255] ὥς ἴδεν, ὥς ἐκάλεσσε καὶ ἐς μυχὸν ἤγαγεν οἴκου,  
καί μιν ἐφεδρήσσειν νεοπηγέος ὑψόθεν ἔδρης  
ἀργυρέης ἐπέτελλε· κόρον δ' οὐκ εἶχεν ὀπωπῆς  
260 ἄλλοτε δὴ χρύσειον ὀισαμένη Κυθερείης  
(255) κοῦρον ὀπιπεύειν θαλαμηπόλον· ὀψὲ δ' ἀνέγνω,  
[260] ὥς οὐκ ἔστιν Ἔρωσ· βελέων δ' οὐκ εἶδε φαρέτρην·  
πολλάκι δ' ἀγλαῖησιν εὐγλήνοισι προσώπων  
παπταίνειν ἐδόκευε τὸν ἡμερίδων βασιλῆα·  
265 ἀλλ' οὐχ ἡμερίδων θαλερὴν ἐδόκευεν ὀπώρην  
πεπταμένην χαρίεντος ἐπὶ ξυνοχῆσι καρήνου.  
[265] ὀψὲ δὲ θαμβήσασα τίσην ἀνενεΐκατο φωνήν·  
(260) Ἐεῖνε, τίθεν τελέθεις ἐρατὸν γένος; εἶπε καὶ ἡμῖν.  
ἀγλαῖην μὲν ἔοικας ἀριζήλω βασιλῆι,  
270 ἀλλὰ τεγὴν οὐκ οἶδα παρ' Ἀργείοισι γενέθλην.  
πᾶσαν Δευκαλίωνος ἀμύμονος οἶδα γενέθλην.  
[270] οὐ Πύλον ἡμαθόεσσαν ἔχεις, Νηλήϊον οὔδας·  
Ἄντιλοχον δεδάχηκα, τεγὴν δ' οὐκ εἶδον ὀπωπῆν.  
(265) οὐ Φθίην χαρίεσσαν, ἀριστήων τροφὸν ἀνδρῶν·  
275 οἶδα περικλήϊστον ὄλον γένος Αἰακιδάων,  
ἀγλαῖην Πηλῆος, ἐϋκλείην Τελαμῶνος,  
[275] ἦθεα Πατρόκλοιου καὶ ἡγορέην Ἀχιλῆος.  
Τοῖα Πάριν ποθέουσα λιγύθροος ἔννεπε νύμφη.  
(270) αὐτὰρ δὲ μειλιχίην ἡμείβετο γῆρυν ἀνοίξας·  
280 Εἴ τινά που Φρυγίης ἐνὶ πείρασι γαῖαν ἀκούεις,  
Ἴλιον, ἣν πύργωσε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων·

- [280] εἶ τινά που πολύολβον ἐνὶ Τροίῃ βασιλῆα  
 ἔκλυες εὐώδινος ἀπὸ Κρονίδαο γενέθλης·  
 (275) ἔνθεν ἀριστεύων ἐμφύλια πάντα διώκω.  
 285 εἰμί, γύναι, Πριάμοιο πολυχρύσου φίλος υἱός·  
 εἰμί δὲ Δαρδανίδης· ὁ δὲ Δάρδανος ἐκ Διὸς ἦεν,  
 [285] ᾧ καὶ ἀπ' Οὐλύμποιο θεοὶ ξυνήονες ἀνδρῶν  
 πολλάκι θητεύουσι καὶ ἀθάνατοὶ περ ἑόντες.  
 (280) ὧν τὰ μὲν ἡμετέρης δωμήσατο τείχεα πάτρης  
 290 τείχεα μὴ πίπτοντα, Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων,  
 — — — — —  
 αὐτὰρ ἐγὼ, βασιλεια, δικασπόλος εἰμὶ θεῶων·  
 [290] καὶ γὰρ ἀκηχεμένῃσιν ἐπουρανίῃσι δικάζων,  
 Κύπριδος ἀγλαίην καὶ ἐπήρατον ἤνεσα μορφήν·  
 (285) ἧ δὲ περικλήϊστον, ἐμῶν ἀντάξιον ἔργων,  
 295 νύμφην ἡμερόεσσαν ἐμοὶ κατένευσεν ὀπάσσαι,  
 ἦν Ἑλένην ἐνέπουσι, κασιγνήτην Ἀφροδίτης,  
 [295] ἧς ἔνεκεν τέτληκα καὶ οἴδματα τίσσα περῆσαι.  
 δεῦρο γάμον κεράσωμεν, ἐπεὶ Κυθέρεια κελεύει·  
 (290) μὴ με καταισχύνειας ἐμὴν καὶ Κύπριν ἐλέγξης.  
 300 οὐκ ἐρέω· τί δὲ τόσσον ἐπισταμένην σε διδάξω;  
 οἴσθα γὰρ ὡς Μενέλαος ἀνάκτιδός ἐστι γενέθλης.  
 [300] οὐ τοῖαι γεγάασιν ἐν Ἀργείοισι γυναῖκες·  
 καὶ γὰρ ἀκιδνοτέροισιν ἀεξόμεναι μελέεσσιν  
 (295) ἀνδρῶν ἦθος ἔχουσι, νόθοι δ' ἐγένοντο γυναῖκες.  
 305 Ἔννεπεν, ἧ δ' ἐρόεσσαν ἐπὶ χθονὶ πῆξεν ὀπωπὴν,  
 δηρὸν ἀμηχανέουσα, καὶ οὐκ ἠμείβετο νύμφη.  
 [305] ὄψε δὲ θαμβήσασα τόσῃν ἀνενείκατο φωνήν·  
 Ἄτρεκέως, ὦ ξεῖνε, τεῆς ποτὲ τείχεα πάτρης  
 (300) τὸ πρὶν ἐδωμήσαντο Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων;  
 310 ἦθελον ἀθανάτων δαιδάλματα κεῖνα νοῆσαι,  
 καὶ νόμον οἰονόμοιο λιγύπνοον Ἀπόλλωνος,  
 [310] ἔνθα θεοδμήτοισι παρὰ προμολῆσι πυλάων  
 πολλάκις εἰλιπόδεσσιν ἐφέσπετο βουσὶν Ἀπ' ἄλλων.

- (305) ἀγρέο νῦν Σπάρτηθεν ἐπὶ Τροίην με κομίζων.  
315 ἔφομαι, ὡς Κυθέρεια γάμων βασιλεία κελεύει.  
οὐ τρομέω Μενέλαον, ὅταν Τροίη με νοήσῃ.
- (308) [315] Τοίην συνθεσίην καλλίσφυρος ἔννεπε νύμφη.  
(315) [322] αὐτὰρ ὃ ποντοπόρων Ἑλένην ἐπὶ σέλματα νηῶν  
ἐκ θαλάμων ἐκόμισσε φιλοξείνου Μενελάου·  
320 κυδιῶν δ' ὑπέροπλον ὑποσχεσίῃ Κυθереΐης  
[325] φόρτον ἄγων ἔσπευδεν ἐς Ἴλιον ἰωχμοῖο.  
Ἑρμιόνη δ' ἀνέμοισιν ἀπορρίψασα καλύπτρην  
(320) ἰσταμένης πολὺδακρυς ἀνέστενεν ἠριγενεΐης,  
πολλάκι δ' ἀμφιπόλους θαλάμων ἔκτοσθε λαβοῦσα  
325 ὀξύτατον βοήωσα, τόσῃν ἀνενεΐκατο φωνήν·  
[330] Παῖδες, πῆ με λιποῦσα πολύστονον ἄχετο μήτηρ,  
ἢ χθιζὸν σὺν ἐμοὶ θαλάμων κληῖδας ἀνεῖσα  
(325) ἔδραθεν ὑπνώουσα καὶ ἐς μίαν ἤλυθεν εὐνήν;  
Ἐννεπε δακρυχέουσα, συνωδύροντο δὲ παῖδες.  
330 ἀγρόμεναι δ' ἐκάτερθεν ἐπὶ προθύροισιν ἐρύκειν  
[335] Ἑρμιόνην στενάχουσαν ἐπειρήσαντο γυναῖκες·  
Τέχνον ὀδυρομένη, γόον εὔνασον, ἄχετο μήτηρ·  
(330) νοστήσει παλίνορσος· ἔτι κλαίουσα νοήσεις.  
οὐχ ὀράας; γοεραὶ μὲν ἐπημύουσιν ὀπωπαί  
335 πυκνὰ δὲ μυρομένης θαλεραὶ μινύθουσι παρειαί.  
[340] ἢ τάχα νυμφάων ἐς ὀμήγυριν ἀγρομενάων  
ἤλυθεν, ἰθείης δὲ παραπλαγχθεῖσα κελεύθου,  
(335) ἴσταται ἀσχαλόωσα, καὶ ἐς λειμῶνα μολοῦσα  
Ὠράων, δρυσθέντος ὑπὲρ πεδίωιο θαάσσει·  
340 ἢ χροῖα πατρώοιο λοεσσομένη ποταμοῖο  
[345] ἄχετο καὶ δῆθυνεν ἐπ' Εὐρώταο ῥεέθροις.  
Τοῖα δὲ δακρύσασα πολύστονος ἔννεπε κούρη·  
(340) Οἶδε χορὸν, ποταμῶν ἐδάη ῥόον, οἶδε κελεύθους  
ἐς ῥόδον, ἐς λειμῶνα· τί μοι φθέγγεσθε γυναῖκες;  
— — — — —  
345 ἀστέρες ὑπνώουσι, καὶ ἐν σκοπέλοισιν λαύει·



- [350] ἀστέρες ἀντέλλουσι, καὶ οὐ παλίνορσος ἰκάνει.  
μῆτερ ἐμή, τίνα χῶρον ἔχεις; τίνα δ' οὔρεα ναίεις;  
(345) πλαζομένην θῆρες σε κατέκτανον; ἀλλὰ καὶ αὐτοί  
θῆρες ἀριζήλοιο Διὸς τρομέουσι γενέθλην.  
350 ἤριπες ἐξ ὀχέων χθαμαλῆς ἐπὶ νῶτα κονίης  
— — — — —
- [355] σὺν δέμας οἰοπόλοισιν ἐνὶ δρυμοῖσι λιποῦσα;  
ἀλλὰ πολυπρέμων ξυλόχων ὑπὸ δάσκιον ὕλην  
(350) δένδρεα παπτήνασα καὶ αὐτῶν ἄχρι πετήλων  
σὺν δέμας οὐκ ἐνόησα καὶ οὐ νεμεσίζομαι ὕλη.  
355 μὴ διεροῖς στονόεντος ἐπ' Εὐρώταο ρεέθροις  
[360] νηχομένην ἐκάλυψεν ὑποβρυχίην σε γαλήνη;  
ἀλλὰ καὶ ἐν ποταμοῖσι καὶ ἐν πελάγεσσι θαλάσσης  
(355) Νηϊάδες ζώουσι, καὶ οὐ κτείνουσι γυναῖκας.  
ᾠς ἦ μὲν στενάχιζεν· ἀνακλίνασα δὲ δειρὴν  
— — — — —
- 360 ὕπνος ἐπεὶ καμάτοιο συνέμπορος· ἦ γὰρ ἐτύχθη  
[365] ἄμφω ἀναγκαίη ξυνήϊα πάντα λαχόντε  
ἔργα παλαιότεροιο κασιγνήτοιο διώκειν·  
(360) ἔνθεν ἀκηγεμένοισι βαρυνόμεναι βλεφάροισι  
πολλάκις ὑπνώουσιν, ὅτε κλαίουσι γυναῖκες.  
(309) [316] 365 νύξ δὲ πόνων ἄμπαυμα μετ' ἡελίοιο κελεύθους  
(310) [317] ὕπνον ἐλαφρίζουσα παρήγορον ὤπασεν ἠῶ  
ἀρχομένην· δοιᾶς δὲ πύλας ᾤϊξεν ὄνειρων,  
τὴν μὲν ἀληθείης· κεράων δ' ἀπελάμπετο κόσμος·  
[320] ἔνθεν ἀναθρώσκουσι θεῶν νημερτέες ὄμφαι,  
(314) [321] 370 τὴν δὲ δολοφροσύνης . . . . .  
. . . . . κενεῶν θρέπτειραν ὄνειρων.  
(362) [369] ἦ μὲν ἀλητεύουσα δολοφροσύνησιν ὄνειρων  
[370] μητέρα παπταίνειν ὠϊσατο· τοῖα δὲ κούρη  
ἴαχε θαμβήσασα καὶ ἀγνυμένη περ ἐοῦσα·  
(365) Χθιζὸν ὀδυρομένην με δόμων ἔκτοσθε φυγοῦσα  
375 κάλλιπες ὑπνώουσιν ὑπὲρ λεγέων γενετῆρος.

- (367) [374] ποῖον ὄρος μεθέηκα; τίνας προλέλοιπα κολώνας  
(381) [386] μητέρα μαστεύουσα; μάτην δ' ἐπλάζετο κούρη.  
(369) [376] Τοῖα δὲ φωνήσασα προσέννεπε Τυνδαρεώνη·  
(370) Τέκνον ἀκηγεμένη, μὴ μέμφω δεινὰ παθούσῃ·  
380 ὁ χθιζὸν με μολῶν ἀπατήλιος ἤρπασεν ἀνὴρ.  
Ἔννεπεν· ἦ δ' ἀνόρουσε, καὶ οὐχ ὀρώωσα τιθήνην  
[380] ὀξυτέρῃ πολὺ μᾶλλον ἀνεβρυχήσατο φωνῇ·  
Ἡερίης ὄρνιθες εὐπτερα τέκνα γενέθλης,  
(375) εἶπατε νοστήσαντες ἐπὶ Κρήτην Μενελάφ,  
385 χθιζὸν ὅτι Σπάρτην τις ἀνὴρ ἀθεμίστιος ἐλθὼν,  
ἀγλαίην σύμπασαν ἔων ἀλάπαξε μελάθρων.  
(378) [385] Ὄς ἦ μὲν πολύδακρυς ἐς ἡέρα φωνήσασα  
— — — — —  
(368) [375] οὕτω καλλικόμοι μεθ' ἀρμονίην Ἀφροδίτης  
— — — — —  
(380) [387] καὶ Κικόνων πτολίεθρα καὶ Αἰολίδος πόρον Ἑλλῆς  
390 Δαρδανίης λιμένεσσι νυμφίος ἤγαγε νύμφην.  
πυκνὰ δὲ τίλλε κόμην, χρυσέην δ' ἔρριψε καλύπτρην  
[390] Κασσάνδρῃ νεόφοιτος ἀπ' ἀκροπόλης ἰδοῦσα.  
Τροίῃ δ' ὕψιδόμων πυλέων κληῖδας ἀνεῖσα  
(385) δέξατο νοστήσαντα τὸν ἀρχέκακον πολιήτην.

## ANNOTATIO CRITICA.

Titulus poematis est in M: <sup>λλού</sup>κολούθου (corr. M 2.) ποιητοῦ λυκοπολίτου ἀρπαγή (sic M 2. ex αρπαγη) τῆς (της M. 1.) ἐλένης; in ALNR: κολλούθου ποιητοῦ ἀρπαγή ἐλένης (nisi quod κολλύθου N ante corr. et ἐλένης R); Q: κολουθου ποιητοῦ περὶ τῆς ἀρπαγῆς ἐλένης; C: περὶ ἀρπαγῆς τῆς ἐλένης; W et G (nisi quod hic θηβαίου λυκοπολίτου): κολούθου λυκοπολίτου θηβαίου ἐποποιοῦ ἐλένης ἀρπαγή; S: κολούθου λυκολίτου θηβαίου ἐποποιοῦ ἀρπαγή ἐλένης; de V nihil in Vossii excerptis notatum; in P κολούθου ἐλένης ἀρπαγή scriptum esse refert Iuliani apographon, in cuius tamen margine codicem inscriptione carere annotavi. Editionum titulos consulto omisi. **1** Νύμφαι ex νύμφαι M 2.; ξάθοιο C ante corr., ιερα M 1, ἱερά M 2. — **2** αἱ h; ad νύμφαι scholion in G: ἐπικαλεῖται νύμφας γείτονας τοῦ ὄρος Ἴδα (sic?) ἐν χώρῳ Τροίης, ἔνθα ὁ Πάρις τὰς βοῦς ἐνόμειεν, et ad ποταμοῦ Ξάνθοιο: ὃν βαθυδίνην λέγει Ὅμηρος *Ιλ. φ. πλάσας τὸν ποταμὸν ἀνδρὸς εἰσάμενον φθέγγεσθαι πρὸς Ἀχιλλέα, ὃς ἀμειβόμενος Σκάμανδρον διοτρεφέα ἀποκαλεῖται τὸν ποταμὸν.* — **3** πατρώησιν M; ἐπι M 1., ἐπὶ M 2, unde receperunt Bekk. et edd. recce., ἐνι N Q, ἐνὶ C, ἐνὶ rell. dett., quod defendit Popoff apud Graefium p. 242, feliciter, iudice Graefio. φαρμάδοι C ante corr. — **4** χῶρον M 1.; ἰδαίησιν M 1, ἰδαίησιν M 2, ἰδέησιν Q, ἐπεντυασθε M 1, cui αντελλεσθε suprascriptis M 2., ἐπ' ἀντέλεσθε LNR, ἐπαντέλλεσθαι W, ἐπαντέλεσθαι (ex ἐπ' ἀντ.) C, ἐπαντέλεσθε Q, ἐπαντέλλεσθε rell. dett. et edd. ante Bekk., qui Mutinensis vestigia premens ἐπεντύνεσθε a reliquis editoribus receptum edidit collato Callimacho h. in Ap. 8 οἱ δὲ νέοι μολπὴν τε καὶ ἐς χορὸν ἐντύνεσθε et Moscho Eur. 30 τῆσιν αἰὲ συνάθουρεν, ὅτ' ἐς χορὸν ἐντύναιτο. Contra quem frustra Graef. p. 241: »Ab auctoritate Cod. Mut. pendet iudicium de verbo, quod v. 4 legendum est. Nam ἐπαντέλλεσθε poëtica imagine se commendat, neque dubius est usus medii τέλλομαι, Arat. Ph. 285. 382.; ἐπεντύνεσθε s. ἐπεντύνασθε Cod. tuetur. Callimachi similis locus nihil evincit. Multa enim a multis similiter dici potuerunt, ut ἐς χορὸν δτρύνεσθε v. 415 a Tryphiodoro dictum«. Haec Graefius, qui p. 242 addit: »Difficultas augetur mire coniunctis vocc. χορός et χορεῖται, quae res simul ad verbum constituendum facit. Prius de saltatione, alterum de carminibus argutius quam verius accipiebat

Popoff noster, felicius v. 3 ἐνὶ defendens. Si utrumque voc. sanum, χορείας interpretor de ipsis in Ida monte saltantibus sive Nymphis sive virginibus, quibus se fluvii Nymphae ad communes instituendos choros miscent, quasi esset Ἰδαίησι — κόρησιν, aut, si masculinum ferendum, Ἰδαίοισι — χορευταῖς. Sic ἐπαντέλλεσθε necessarium est. Sed f. χορός et χορεῖται hic non rectius iunguntur, quam v. 83 πλόκαμοι et χαίτη. Elegans sed non nimis probabile esset Ἔσπεροι Ἰδ. ἐπαντέλλεσθε χ. ut Ἔσπερος habet Paul. Sil. ep. 25. 28. Minus placet εἰς ὄρος v. ὡς κόραι, aut si quis in fine v. πορείαις tentaret, etsi Nonnus hoc v. frequentat, et sic utrumque verbum conveniret. — 5 θεμιστοπόλοιο M. — 6 εἵπατέ ex εἶπατέ M 2, qui in

marg. addit ἔσπετε; ἔσπετέ APS h n, ἔπεστέ L, ἔσπεται N, corr. m 1., ἐπετέ Q, ἔσπετε W, ἔσπετέ rell. edd. ante Bekk., qui εἶπατε recepit, »qua forma sola utitur Nonnus (1, 128. 5, 459 et 460. 13, 46. 16, 224. 21, 71. 25, 18. 32, 184. 34, 65. 40, 175. 41, 11. 42, 62. 47, 194 et 200 et 336 et 337)«; κελαδόντος M.; ἀπ' ὀρνύμεναι CLR ἀπορ-<sup>v</sup>ρύμεναι M, corr. M 2., »Non credam scripsisse poetam κελάδοντος ἀπορνώμεναι ποταμοῖο. Languent enim haec verba, debebatque Coluthus, si eleganter scribere vellet, omissis supra ποταμοῦ Ξάνθοιο γενέθλη, dicere, adeste a fluvio, a quo estis prognatae. Scripsit vero,

εἵπατέ μοι, κελάδοντος ἀπορνώμενος ποταμοῖο  
ἐξ ὀρέων πόθεν ἦλθεν. Auctorem habemus ipsum v. 70.α

Herm. p. 7 cuius coniecturam minus necessariam recepit Lehrs. — ἡγορέων (sic potius quam ἡωορέων quod enotavit Pressel) M, ἐξ ὀρέων rell. codd. et edd., in qua scriptura primus offendit Lennep Ann. p. 106 »Difficultas, quae in hoc loco explicando observabatur aliquando, potissimum in additis vocibus ἐξ ὀρέων residet; sunt enim plane otiosa et nescio quantam huic loco adimunt venustatem. Brodaeus quidem de montibus Idaeis, ubi Paris paternas oves ducebat, intelligit: quam interpretationem et ego in versione agnovi: sed vel sic durum addi illud ἐξ ὀρέων. Cum enim Nymphas impleret noster ut indicarent locum, unde venerit Paris, dum ad Helenam proficisceretur, nullo modo recte montium, ac si iam cognitus foret, mentio hic fit. Hinc suspicio dudum mihi subnata fuit, Coluthum dedisse ἐξερέω, πόθεν ἦλθεν ἀθήεα πόντον ἐλαύνων . . . Verum cum ne sic omni difficultate careat locus noster,

fere ipsi auctori hunc errorem imputandum crediderim.« Contra quem Bekker »sed nihil mutandum, si quidem non locum indicat particula *πόθεν*, sed causam. Ut apud Nonnum 23, 79. 24, 302. 30, 152. 33, 307. 47, 373« quibus locis Schneider p. 424 alios addidit 2, 607. 7, 292. 8, 78 et 207. 23, 79 et 183squ. 38, 99. 47, 414. 48, 760 et 818squ. Paraphr. § 121. ι 97. Probavit Lennepii coniecturam Phil. Scio, improbavit Harles, qui Brodaeii explicationem sequitur, et Iulien. Ipse Schneider codicis Mutinensis scripturam *ἡγορέων* recipiendam dixit, quod vocabulum sive recta via ex *ἡνωρ* (Hesych. cfr. *ἀνόρεος*, *ἡγόρειος*, *ἡγορέη*, *ὑπερανόρεος*, *ὑπερήνωρ* et *ὑπερηγορέων*, *ἀγήνωρ* et *ἀγηγορέων*) formatum sive ex *ἀγηγορέων* vel *ὑπερηγορέων* decurtatum esse putavit ex ratione de qua docuit ad Nicandr. Ther. 482. Sed equidem neque a Collutho nova vocabula insolentius ficta esse comperi neque lectores eis quae Schneider nimis arguta contra vulgatam lectionem attulit offendi posse credidi. Sunt autem haec (p. 424. 425): »*ἐξ ὀρέων* aliquid habet incommodi. Nam quum mirabundus poeta quaerat, cur insuetum sibi mare Paris petierit, quis non huic exspectet opponi potius terram vel continentem quam montes? nam si quis negaverit montes hic opponi mari, patet ita et otiose additum esse *ἐξ ὀρέων*, nec potuisse eleganter eo enuntiationis loco poni, ubi omnis in haec verba vis cadit. Itaque ut recte habet v. 201 *ἄρτι μὲν Ἰδαίων ὀρέων ἡλλάξατο πόντον*, ita hoc loco credibile est poetam scripturum fuisse *ἐκ γαίης* vel *ἐκ χέρσου*«.

Hermanno p. 7 »*ἐξ ὀρέων* etsi per se non suspectum est, tamen adeo mira est scriptura cod. Mut. *ἡγορέων*, ut non inepte quis possit coniecere, *κελάδοντος ἀπορνύμενος ποταμοῦ ἡϊόνων*. Fallitur enim Buttmanus in Lexilog. vol. II p. 22 *ἡϊόνας* fluviis tribui negans: v. Apollon. Rh. II 659.« *ἐξ ὀρέων* recte retinuit Lehrs. — *ποθεν ηλθεν* M; *ἀηθέα* ex *ἀηθεα* M 2., *ἀηθέα* ACNPS hn Harl., *ἀήθεα* Q [LW] et sic tacite corr. Bekker. »Ceterum ne quis pro *ἐλαύνων* futurum ponendum fuisse putet, conferat Isocrat. Evag. 14, *ἦλθον ἰκετεύοντες*, Plat. Phaed. p. 116 C *ἦλθον ἀγγέλλων* etc.« Schneider p. 425. —

v. 7 *ἀγνώσσω* ex *αγνωσῶν* M 2. *τί δε* M (corr. M 2.), *τί δαί* ACLNPSVW Bekk. Iul., *τί δ' ἄν* R, *τί δὲ* Q edd. ante Bekk. et Lehrs, et diserte probavit iam ante Hermannum (p. 8.) Lennep his verbis »cod. Voss. Reg. A. et Ambr. *τί δαί*. quod, si interrogative, ut in nonnullis edd. locus capiatur, rectius et *ἀττικώτατον*,

a Colutho tamen profectum non videtur«. Graefius qui *δαί* non esse horum poetarum recte monuit, *τί δ' αὖ*, »quo et altera lectio *δ' ἄν* ducit«, coniecit p. 242 et Observv. critt. in Tryphiod. p. 233. — 9 *ἀρχ.* ex *αρχ.* M 2, *ἀρχαικάκων* Ald. n; corr. etiam Perdr. *πόντον*

